perfi|ciat'. Profectus sum et in|ter vias latrones sum | passus; nudus saucius e|vasi cum meis; Saldas ve|ni; Clementem[5] procura|torem conveni. Ad mon|tem me perduxit, ube *(sic)* cunicu|lum dubii operis flebant, | quasi relinquendus ha|bebatur[6], ideo quot per|foratio operis cunicu|li longior erat effect., | quam montis spatium. | Apparuit fossuras a ri|gorem *(sic)* errasse, adeo ut | superior fossura dex||tram petit ad meridi|em versus, inferior | similiter dextram | suam petit at septen|trionem: duae ergo partes relicto rigore er|rabant. Rigor autem | depalatus erat supra | montem ab orientem *(sic)* | in occidentem. Ne quis | tamen legenti error | fiat de fossuris, quot *(sic)* est | scriptum 'superior' et | 'inferior', sic intellega|mus: superior est pars, qua | cuniculus aquam recipit, | inferior, qua emittit. Cum | opus adsignar.[7], ut scirent, | quis quem modum suum | perforationis haber., | certamen operis in|ter classicos mili|tes et gaesates[8] dedi | et sic ad compertusi||onem montis convene|run *(sic)*. Ergo ego, qui pri|mus libram feceram, | ductum atsignaveram, | fieri institueram se|cundum formam quam | Petronio Celeri pro.[9] | dederam[10]. Opus effectum, | aqua missa, dedicavit | Varius Clemens proc.[11] | Modios V[12].

Ut lucidius labor meus circa duc. | hoc Saldense pareret, aliquas e|pistulas subieci. |

Porci Vetustini[13] ad Crispinum[14]: | 'Benignissime, domine, fecisti et | pro cetera humanitate ac benivo|lentia tua, quod misisti ad me Noni|um Datum evocatum, uti tractare | cum eo de operibus, quae curanda | suscepit. Et ideo, quamquam tem|pore urguerer et Caesarea *(sic)* fes|tinarem, tamen Saldas excucur|ri, et aquae ductum bene inchoa|tum sed magni operis inspexi et | quod absolvi sine curam *(sic)* Noni Da|ti non potest, qui it simul diligen|ter et fideliter tractavit. Et ideo | rogaturus eram, concedere no|bis, uti mensibus aliquis rei agen|dae immoraretur, nisi incidis|set[15] infirmitatem contractam || [*ex multis et magnis laboribus*]. . . .

Lambaesi, basis sex laterum, cuius dimidia tantum pars, scilicet tres latera supersunt (VIII 2728 cf. VIII S. 18122 viderunt Wilmanns et Schmidt). — 1) *Significatur M. Valerius Etruscus legatus exercitus Africani a. 151 (supra N. 5351) et a. 152 (VIII 2543. VIII S. 17854). Epistulam apparet scriptam esse a Vario Clemente procuratore.* — 2) *Saldae oppidum maritimum Mauretaniae Caesariensis, hodie Bougie.* — 3) *Cf. supra N. 2422.* — 4) *Inchoaverat aquaeductum ante multos annos, Petronio Celere procuratore, cf. infra not. 9.* — 5) *Cf. not. 9.* — 6) *Scr.* haberetur. — 7) *Adsignarem.* — 8) *Cf. Mommsen Herm. 22 p. 549.* — 9) *Procuratori. C. Petronius Celer procurator Mauretaniae Caesariensis fuit a. 137 (VIII S. 21663, infra inter terminos).* — 10) *Apparet nonnulla excidisse.* — 11) *De hoc procuratore Mauretaniae Caesariensis vide supra N. 1362.* — 12) *Hoc obscurum. Mommsenus coniecit indicari mensuram aquae certo tempore ex aquaeductu profluentis.* — 13) *Procurator Mauretaniae Caesariensis a. 150 (dipl. mil., III S. p. 2213).* — 14) *Legatus exercitus Africani per annos 147—150 (supra N. 1070).* — 15) *Excidit* in.

5796 [*imp. Caesar divi f.*] | Augustus | [*p*]ontif. max. | [*for*]mam[1]

archive.org